



Kern 86
(1-54; a-g)

(12)

CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCCXXXVII.

OCCVPABVNTVR

PRO-RECTORE
D. FRIDERICO WIDEBVRG,
PHILOSOPHIAE ET ELOQVENTIAE IN ACADEMIA FRIDE-
RICIANA PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.

Lectiones Pro-Rectoris, Directoris & Cancellarii.



D. FRIDERICVS WIDEBVRG h. t. Pro-Rector, *Iuris Publici S. R. I.* principia tradet ab VIII. IX. MASCOVIO duce: *Historiam Imperii Germanici* a IX. X. ad STRVVI introductionem, collatis obseruationibus suis, editis in officina Rengeriana: *Historiam Vniuersalem* a IV. V. ad PVFENDORFIVM: *Eloquentiae Romanae* facultatem hac aestate priuatissimis institutionibus atque exercitationibus seruabit. Initium lectionum erit d. 8. Maii.

IYSTVS HENNINGVS BOEHMER IC. hora IX. commentabitur ad STRV. VII *iuris prudentiam feudalem*, simulque operam suam, quatenus per aetatem senilem licet, illis offert, qui ab eo scholas ad *ius Germanicum*, quatenus a iure Romano abit & adhuc passim vsu obtinet, desiderarunt, quod praestabit positionibus breuitibus in calamum dictandis & iusto ordine per specialia capita digerendis. Huic labori *horam tertiam* pomeridianam destinavit, si desiderio suo institerint Auditores, ipsum de illo priuatim antea certiorum facturi.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF, hor. IX. matutina explicabit philosophiam *moralen* vna cum genuinis principiis *Iuris Naturae*: hor. III. pomer. in gratiam eorum, qui methodum demonstrandi ac inueniendi sibi familiarem reddere voluerint & eius leges intime perspicere, *Mathefin puram* tradet.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS *Theologiam Catechetica*m ad ductum *Tabularum B. SPENERI* tradet. Praeterea lectionibus *paraeneticis priorem epistolam ad Timotheum* tractabit, & *asceticis epistolam ad Galatas* absoluet, eam ad *Ephesios* postea inchoaturus.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS publicis praelectionibus hora III. *Hermeneuticam* sacram, priuatis vero hora VII. matutina vaticinia *Ieremiae* ex *Ebraeis*, & hora IX. tres priores *Euangelistas* ordine harmonico ex Graecis fontibus interpretabitur, philologiae luminibus oracula diuina illustraturus.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. continuabit scholas *dogmaticas, anti-theticas, exegeticas* atque *symbolicas*, vna cum publicis tam *hermeneuticis* quam *litterariis*.

BENED. GOTTLÖB CLAVSWITZ publice Hora IX. exegeticas lectiones, easque in *Epistolam ad Galatas*, continuabit. H. X. Institutioni *Theologiae moralis* destinavit. H. III. Perget in pericopis euangelicis explicandis & ad vsum sermonum sacrorum homiletica tractatione applicandis. Continuabit etiam exercitationes disputationum.

IO. HENR. CALLENBERG publice hora II. III. priorum hebdomadis dierum *Historiam ecclesiasticam Novi Testamenti* tractabit: praeterea scholam habebit *isagogicam*, qua generalis *introductio* fiet ad fructuosam singulorum *Veteris Testamenti* librorum *lectionem*; exercitationes quoque *antiudaicas* continuabit.

IOAN.

IOANNES GEORGIUS KNAPP h. 7-8. matutina *explicationem dogmatum sacrorum* incipiet. h. 10-11. *seholas exegeticas* habebit in *epistolam ad Ebraeos*. d. folis h. 5-6. *vespertina in tractatione aetetica* epistolae posterioris ad Timotheum sedulo perget.

IVRIDICAE.

D. IAC. GABR. WOLF publice, hora VIII. matutina, *institutiones suas iuris prudentiae naturalis ac gentium, tum privatae, tum publicae*, in bibliopolio Lüdewaldino prostantes, quatuor per hebdomadam diebus, omni iterum fide atque industria interpretabitur. *Privatim* vero, hora IX. iuncta IV. pomeridiana, STRUVII *iuris prudentiam Romano-Germanicam forensis*; hora XI. V.C. IO. IAC. MOSERI a *Filsbeck compendium iuris publici*, non vna de causa commendabile; & hora denique III. *elementa sua iuris feudorum, tum provincialium, tum Imperialium*, quae in bibliopolio Orphanotropei prostant, commentationibus suis, pari ratione, illustrabit. *Initium*, finitis nundinis Lipsiensibus, d. 8. mensis Maii, A. S. N. facturus.

CAR. GOTTLIEB KNORRE Hora XI. *Institutiones Iustinianae HEINECCIO* duce in *Elementis Institutionum* & Hora X. iuncta II. *Pandectas Ludouicianas* interpretabitur. Aecedet Collegium *Practicum elaboratorium & relatorium* ad ductum der *Gründlichen Anleitung zum Gerichtlichen Proceß*. *Initium* facturus finitis nundinis Lipsiensibus.

IO. GERARDVS SCHLITTE publice in elegantem BRVNNEMANNI libellum, qui inscribitur: *Anleitung zu vorsichtiger Anstellung des Inquisitions-Processes*, commentabitur. *Privatim* STRUVII *iurisprud. R. G. forensis*, nec non BLVDOVICI *Doctrinam Pandectarum*, ea, qua par est, fide ac industria exponet, de horis huius Collegiis impendendis e valuis publicis DN N. Auditores admoniturus. *Initium*, DEO propitio, fiet finitis nundinis Lipsiensibus, d. IIX. Maii.

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER per instans semestre aestiuum ea, qua haecenus fuit, fide ac industria, hora VIII. in *Elementa sua iuris prudentiae criminalis*, quae in orphanotropeo venalia sunt, commentabitur. Hora X. iuncta II. in *explicandis pandectis secundum Dn. Parentis compendium* versabitur, denique hora XI. B. HEINECCI *Elementa iuris secundum ordinem institutionum* notatis in quavis materia follicite differentis iuris Romani ac Germanici, explicabit. *Initium* facturus finitis plene nundinis Lipsiensibus.

MARTINVS SCHMEIZEL *iuris Publici Prof. de publicis instituendis lectionibus*, suo infra loco dicit. *Privatim* hora XI. denuo auspicabitur *Ius Publicum* praeeunte V. Cel. MASCOVIO, eosque doctrinas, quae continuationem postulant, ad nostram hanc aetatem deductas fideliter proponet; hora III. *Notitiam Statuum Europaeorum* selectis ingenis propinabit, ad ductum libri sui: *Einleitung zur Staats-Lebre*, eaque momenta, quibus temporis vicissitudo aliam faciem induit, ad praesentem illorum habitudinem reducta, in nexu suo explicabit; hora V. SECKENDORFII librum, sub *Tit. Fürsten-Staat*, insignem, vberioribus doctrinis & exemplis ad modernum usum aptiorem reddet, volentibus.

IO. TOBIAS CARRACH *privatim* 1) commentabitur ad *Perill. Dn. BOEHMERI Institutiones iuris Canonici* hora VIII. matut. 2) *Ius Naturae & Gentium* hora IX. tradet HEINECCIO duce. 3) *EIVSDEM Elementa iuris Civilis secundum ordinem Institutionum* hora XI, 4) atque secundum ordinem *Pandectarum* hora X. iuncta II. interpretabitur. 5) *Ius Feudale* hora III. STRUVIO praeeunte docebit. 6) Collegium *Proceßuale elaboratorium* cupientes humanissime rogat, vt mature cum eo hac de re conveniant. De lectione publica seorsim dicit.

DANIEL NETTELBLADT continuabit Hora XI- XII. & III- IV. haud ita pridem coeptas privatissimas praelectiones in suum systema Pandectale, iisque alias privatissimas in suum systema Elementare vniuersae iuris prudentiae posituae Hora X- XI. & II- III. addet. *Privatim* vero docebit Hora VIII- IX. *Ius Publicum* duce SCHMAVSSIO, Hora IX- X. *Ius Naturae* ad suum systema elementare vniuersae iuris prudentiae naturalis, & Hor. V- VI. *Ius Canonicum* praeeunte Illust. BOEHMERO. In publicis praelectionibus interpretabitur singulis saturni diebus Hor. I- II. sua Praecognita vniuersae eruditionis & iuris prudentiae naturalis tam, quam posituae, quae prostant in officina libraria Rengeriana.

MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI confucta constantia publico officio praecipuos Morbos Foeminarum Pathologico-Practica tractatione continuabit: *privato* studio Alteram Physiologiae

logiae & Pathologiae vniuersalis Partem prosequetur, & a falsis opinionibus ac curiosis figmentis purgabit, horis solitis a IX. ad XI. Praeterea Therapiam generalem, vtilibus obseruationibus illustratam, vna cum selecto probatorum auxiliorum apparatu, a II. III. p. m. d. lun. xv. Maii. vol. DEO inchoabit.

IO. IVNCKER *chirurgiam medicam*, quae ad *vulnere* vsque pertractata est, publicis lectionibus continuabit. Ad *privatos* labores, quos praeterito semestri bona intentione praetermiserat, multa sollicitatione reuocatus, hora ante meridiem *vindicam* medicinae fundamenta, videlicet *Physiologiam* & *Pathologiam* cum adpendicibus suis, *diætica* nempe & *semeiologia*, hora autem *quinta* post meridiem *Therapiam* primum *generalem* cum materia medica, deinde *specialem* per singulos morbos docebit. Priuatissime horis ante meridiem consuetis in *praxi clinica* proeuctiores exercebit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publice commentabitur in *BOERHAAVII Institutiones medicas*. Priuato autem labore perget ab hora VII. matut. ad VIII. & ab hora XI. ad XII. in explicanda *Praxi speciali*, eaque ad finem perducta, *Collegium casuale clinicum* subiunget, viam ad cognitionem & curationem morborum complicatorum, in specialibus casibus, ostensurus, simulque proeuctiores in enodationibus & resolutionibus Casuum proponendorum exercitaturus. Hora dein VIII. ad IX. fundamenta *Physiologiae* & *Diæticae*, & hora IX. ad X. *Pathologiam generalem* explicabit, vque illorum etiam satisfiat desiderio, qui manu ductionem ad *Semeiologiam* exoptant, finita speciali Praxi, commodam huic quoque labori assignabit horam.

FRIDERICVS HOFFMANN, Publice collegio physiologico hoc semestri hymali ad finem perducto, doctrinam hanc medicinae partem excipientem, quae agit de Diæta, explicabit. Priuatim collegium in materiam medicam & chemiam theoretico-practicum inchoabit, horasque his collegiis destinatas suo loco & tempore significabit, harumque lectionum initium erit, more consueto, finitis instantibus nundinis Lipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER *privatissime* pro temporis ratione studiosos iuuenes, propria manu cadauera humana dissecturos, omni modo adiuare conabitur. Priuatim hora mat. VIII. ad ductum *compendii* D. MANNINGHAM *singulares mulierum & infantum morbos pathologico practice* pertractaturos, praecepta huiusmodi tradet *artis obstetriciae theoretico-practica*, hora II. autem in B. SCHVLZII *praxin specialem*, additis cautelis practicis, commentabitur. Praeterea publicis *praelectionibus* hora XI. *EIVSDEM physiologiam & pathologiam generalem* interpretabitur.

PHILOSOPHICAE.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS hora X. Fundamenta & paradigmae linguae Hebraeae ad ductum Grammaticae huius linguae a Filio editae explicabit: neque illis deerit, qui ad alias Orientis linguas institui cupient.

MICHAEL ALBERTI, in explicanda Physica Subterranea *publico* labore nunc Halotechniam proponet & ad vsus Chymicos & Medicos dirigit, ne temerariorum empiricorum & cinisiorum more ad fucilia & inutilia experientia optentur; sicut haecenus sine interuallo metalla imperfecta & fossilia quaedam metalliformia explicata fuerant.

IOANNES IOACHIMVS LANGE, Math. P. P. O. publice h. 7. matutina *Mathesin puram*, h. e. *Mathesin vniuersalem*, *Aritbmeticam*, *Geometriam* atque *Trigonometriam* demonstrabit. Priuatim h. 1. *physicam dogmatico-experimentalem* illustrabit. Hora 2. autem *Chemicam dogmaticam* ad normam *sciagraphiae systematis physico-chemici* a se editae explicabit. *Experimentis & laboribus* chemicis horae quaedam vespertinae sunt destinatae. Vtroque labore id ager, vt nexus physicae & chemiae cum influxu vtriusque in oeconomiam & opificum artificumque officinas re ipsa ostendatur. Hora 4. in *mineralogia metallurgica* occupabitur, *metallifodinarum culturam* explicaturus & ad *artem docimasticam, separatoriam* atque *fusoriam* manu ducturus. Necessariae operationes & encheireses peculiaribus horis addentur. Initium harum lectionum erit die 1. Maii.

MARTINVS SCHMEIZEL *Histor. Prof. Publ.* lectiones, hoc semestri ob minus validam sanitatem intermissas, futuro, DEO dante, resarciet; Priuatim occupabitur hora VIII. in doctrinis *Geographicis*; IX. *Historiam vniuersalem*; IV. *Historiam Imperii Romano Germanici*; VI. *Historiam Eruditionis vniuersae* proponet; Hebdomatiim per tres horas, suo tempore designandas, *Heraldicam*, & per alias tres, *Rem Numariam* proponet desiderantibus.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER, in publicis praelectionibus explicabit *Cosmologiam & doctrinam de Elementis*; priuato autem studio occupatus erit partim in
expla-

explananda *Physica dogmatica*, partim in enodanda illa Historiae naturalis parte, quae animale complectitur *regnum*, horasque laboribus hifce destinatas finitis nundinis e valuis publicis indicabit.

DANIEL STRAEHLER hoc semestri explicabit: 1) *Logicam*, quam ipse edidit; 2) *Metaphysicam*, 3) *Politicam* & ius Naturae politicum. Horas hifce lectionibus destinatas finitis nundinis e loco consueto indicabit.

THEODORVS CHRISTOPHORVS VRSINVS publice praeleget hora II-III. priorem *Cursus philosophici* partem, duce S. R. WALCHIO; *privatim* hora III-IV. B. HEINECCI nostri *Elementa philosophiae rationalis & moralis* interpretabitur; hora autem IV-V. *Metaphysicam* tradet seorsim, ad ductum thesium suarum: *Anfangs-Gründe der Philosophischen Wissenschaften überhaupt*. Nec iis deerit, qui singulis Saturni diebus hora II-IV. *disserendo* ingenii vires periclitari gestiunt.

IO. HENR. CALLENBERG publice *litterariam* Theologiae *historiam* ita exponet, vt simul studio theologico prudenter perfungendi, idque ad veram ecclesiae salutem recte referendi, via innotescat.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per instans semestree aestium in *oeconomicis* strenue perget. *Privatim* hora X-XI. *fundamenta linguae ebraicae* ad ductum DANZII, vna cum *accentuationis* doctrina, perspicue tradet. hora II-III. *lectiones logicas*, & hora III-IV. *metaphysicas* restaurabit; Virum Perillustrem L. B. DE WOLFF in scriptis germanico idiomate editis secutus. Denique nec iis deerit, qui ebraicorum bibliorum explicationem desiderabunt, dummodo mature nomina sua profecti fuerint.

EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS publice praeleget *obstetricandi* d. mercur. & saturn. hor. x. *privatim* auspicabitur *medicinam legalem* ad ductum TEICHMEIERI. hor. XI. Deinde *Pathologiam* pertrahebit *generalem* hor. II; & denique *Chirurgiam* tradet *manuale* cum *apparatu delicatorio* pariter ac *instrumentali*; nec non operationibus in cadaveribus humanis peragendis hor. III. *Lectionum* initium erit 8. Maii.

IO. GOTTLÖB KRÜGER publice h. 1-2. *curiosiora* quaedam *physices* capita praecipue illud de *electricitate, experimentis* illustrabit. *Privatim* h. 9-10. *mathesin puram* duce Perillustri L. B. DE WOLF demonstrabit. h. II-12. *praxin medicam* rationaliter instituendam docebit secundum compendium Cel. HEISTERI cuius. *Practisches medicinisches Hand-Buch*. h. 2-3. *collegium logico-disputatorium* in gratiam studioforum medicinae aperiet, vt masculis respondere discant in cathedra constituti; fundamenti loco erit *philosophorum Principis* logica germanica. H. 5-6. *physicam dogmatico-experimentalem* denuo demonstrabit.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI hoc semestri aestiuo, b. c. deo *privatim* diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris hora p. m. IV. ad v. *Botanicam* praeleget, ita vt non tantum secundum TOURNEFORTIVM plantarum *methodum*, sed & *anatomem* plantarum *indigenarum*, aequae ac *exoticarum*, ex parte *rariorum*, sumtibus quibusdam comparatarum, tradat, insimul *officinales* earum *species*, *partes constitutivas*, *modum operandi, usum, & praeparata*, in *officinis* *prostantia* & *praestantia* explicet. Publice die Saturni hora I-II. *Collegium repetitorium* plantarum ante dictis diebus praemonstratum inchoabit. Initium erit d. 8. Maii. a. c.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN. Peractis de viribus medicaminum acroasis publicis *notionem totius medicinae systematis generalem* mercurii & saturni diebus publice suppeditabit. *Privatim* in *institutionibus medicis* Cel. BOERHAAVII omnem operam collocabit. *Privatissime logicam & metaphysicam* duce Dno Cancellario L. B. DE WOLFF praeleget. Horae laboribus hifce destinatae ex valuis erunt indicandae.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, Phil. Prof. denuo auspicabitur *artem oratoriam* pariter ac *epistolica* in lingua *Germanica* potissimum exercendam; diebus ac horis alio loco & tempore indicandis. De quibus exercitiis *omnibus profectus & plurimis summe necessariis* coram plura. De cetero nulli deerit, qui *epistolas, orationes, carmina, scriptaque* alia ab eo desiderabit.

GE. FRID. MEIER officis suis, ad quae per munus publicum cui nuper praepositus est obligatur, satisfacturus interpretabitur hor. IX-X. Ius naturae KOEHLERI III-IV. *Mathesin puram* perillustri L. B. DE WOLFF V-VI. eiusdem *Logicam*. Publice hor. X-XI. diebus Mercurii & Veneris continuabit *Hermeneuticam* vniuersalem, & reliquis diebus eadem hora *Afsericam*.

P. P. die XXXI. Mart. MDCCXLVII.

Halae Magdeburgicae, typis HENDELIANIS.



(12)

CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCCXXXVII.
OCCVABVNTVR

PRO-RECTORE
D. FRIDERICO WIDEBVRG,
PHILOSOPHIAE ET ELOQVENTIAE IN ACADEMIA FRIDE-
RICIANA PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.



Lectiones Pro-Rectoris, Directoris & Cancellarii.



D. FRIDERICVS WIDEBVRG h. t. Pro-Rector, *Iuris Publici S. R. I.* principia tradet ab VIII-IX. **MASCOVIO** duce: *Historiam Imperii Germanici* a IX-X. ad **STRVVI** introductionem, collatis obseruationibus suis, editis in officina Rengeriana: *Historiam Vniuersalem* a IV-V. ad **PVENDORFIVM**: *Eloquentiae Romanae* facultatem hac aestate priuatissimis institutionibus atque exercitationibus seruabit. Initium lectionum erit d. 8. Maii.

IYSTVS HENNINGIVS BOEHMER IC. hora IX. commentabitur ad **STRVVI** *iurisprudentiam feudalem*, simulque operam suam, quatenus per aetatem senilem licet, illis offert, qui ab eo scholas ad *ius Germanicum*, quatenus a iure Romano abijt & adhuc passim vsu obtinet, desiderarunt, quod praestabit positionibus breuibus in calamum dictandis & iusto ordine per specialia capita digerendis. Huic labori *horam tertiam pomeridianam* destinavit, si desiderio suo infiterint Auditores, infra de illi priuatim antea certiozem facturi.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF, hor. IX. *moraalem vna cum genuinis principiis Iuris Naturarum*, qui methodum demonstrandi ac inueniendi eius leges intime perspicere, *Mathesin puram* tractabit.

LECTIONES THEOLOGICAE

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS *Tabularum B. SPENERI* tradet. Praeterea *lecturam ad Timotheum* tractabit, & *asceticis epistolam* postea inchoaturus.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS publice *meneuticam sacram*, priuatis vero hora VII. *matheumaticam* & hora IX. tres priores *Euangelistas* ordine harmonicis, philologiae luminibus oracula diuina illustrabit.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. *coniecturas, exegeticas atque symbolicas*, vna cum publicis tractabit.

BENED. GOTTLÖB CLAVSWITZ publice *que in Epistola ad Galatas*, continuabit. H. X. In nauit. H. III. Perget in pericopis euangelicis *explicationem* homileticam tractatione applicandis. Continuatur.

IO. HENR. CALLENBERG publice hora II. *Historiam ecclesiasticam Noui Testamenti* tractabit: *scilicet* *epistolam*, qua generalis *introducchio* fiet ad fructuosam *fructuosam* *lectionem*; *exercitationes quoque antiudaicas*.

